Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nunc suo: fia vij Alla ℣ Cum ergo
surrexit a mortuis Sin johanez
Mitto te. D.i.d.s. Modicum et
iam non videbitis me: et iterum
modicum et videbitis me quia
vado ad patrem. Dixerunt ergo
discipuli eius ad invicem Quid
est hoc quod dicit nobis modicum
et non videbitis me. et iterum mo
dicum et videbitis me quia vado ad
patrem: Dicebant ergo Quid est
hoc quod dicit nobis modicum: Ne
scimus quid loquitur. Cognouit
autem ihs quia volebant eum inter
rogare et dixit eis De hoc que
ritis inter vos. quia dixi modicum
et non videbitis me: et iterum mo
dicum et videbitis me Amen amen
dico vobis: quia plorabitis et
flebitis vos. mundus autem gau
debit: vos autem contristabimi
ni: sed tristicia vestra vertetur in
gaudium Mulier cum parit tris
ticiam habet quia venit hora eius:
cum autem peperit puerum iam non
meminit pressure propter gau
dium. quia natus est homo in mun
dum Et vos igitur nunc quidem
tristiciam habetis: iterum autem
videbo vos et gaudebit cor ve
strum Et gaudium vestrum nemo
tollet a vobis Off. Laudate dominum
in sanctis eius laudate eum in firmamento
virtutis eius laudate eum in virtutibus eius
secundum multitudinem magnitudinis eius
secreta.
Hys nobis duae mysteriis
conferatur quo terrena desi
deria mundanis discamus aetere
celestia Per dominum nostrum ihesum xpm
Modicum et non videbitis me alla
iterum modicum et videbitis me quia vado
ad patrem alla alla Cpl. Sacra
menta que sumpsimus due qs.
et spiritualibus nos repleant
alimentis et corporalibus tueantur
auxiliis Per: fia iiij. l. e. l.
Hi. hec scribo johis apli
vobis: ut non peccetis
Sed et si quis peccauerit: advo
catum habemus apud patrem
ihsm xpm iustum. et ipse est propi
tiatio pro peccatis nris. non pro nris
autem tantum. sed etiam pro totius
mundi Et in hoc scimus quoniam
cognouimus eum: si mandata
eius obseruamus Qui dicit
se nosse deum. et mandata eius
non custodit mendax est. et
in eo veritas non est Qui autem
seruat verbum eius: vere in hoc
caritas dei perfecta est In hoc
scimus: quoniam in ipso sumus
Qui dicit se in ipso manere:
debet sicut ille ambulauit
et ipse ambulare R. mi: non
mandatum nouum scribo vobis:
sed mandatum vetus quod habu
istis ab initio Mandatum vetus
est: verbum quod audistis Iterum
mandatum nouum scribo vobis:
quod est verum et in ipso et in vobis: